



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 5. De iis, per quæ Confessio Sacramentalis redditur inualida, seu  
inefficax ad peccatorum remissionem,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

differunt, non accipiunt suam dissonantiam à recta ratione. Dicimus similiter non distingui specie farta quibus surrepti sunt boves, equi, vefses, aurum, & huiusmodi alia; quoniam illa ex his secundum suam naturam sumptis non habent quod recte ratione repugnant, sed secundum illud quod sunt alienum pecunia estimabile, in quo omnia praedita farta sunt ynius speciei. Dispositionem vero bombardarum quā quis nefariè occidit patrem in templo, dicimus tria peccata specie distincta: quia homo, pater, & locus facer, quorum singulorum respectu illa repugnat recte rationi, differunt inter se specie in genere morum.

140. Non erit etiam abs re, pro remedio difficultatis satis frequentis, addere quod Henriquez in *Institutio moralis Theologica lib. 5. cap. 8. §. 2.* habet his verbis: Rustici qui nesciunt discerne re species morales aut numerae; sed grosso modo contentur, explicantes grauiores quasdam circumstantias & tempus peccati confueri, quia amplius à Parochio docto non interrogantur, hi non sunt cogendi repetere totius viæ confessiones. In quam sententiam Bartholomaeus Medina in *instructio Confessorum libr. 2. cap. 8. sub finem* ait, illum quidem qui ex proposito omisit confiteri peccatorum suorum numerum, teneri ad iterationem confessionis: alium vero non item, si paratus erat quantum posset eum dicere, quando à Confessario interrogare ut. Sufficere enim, si confiteatur de negligencia, quam in eo commisit, & numerum peccatorum mortalium, de quib. confessus est indicet quantum poterit commode remunisci. Quanquam vt merito illi addit, tunc est generalem confessio nomen de omnibus peccatis admisisse instituire.

*Postremum dubium est, An oblitus confiteri circumstantiam de necessitate confitendam, teneatur simul cum ea iterum confiteri peccatum quod illa aggravauit; an vero sufficiat illam solum confiteri, non detinendo altera eadem peccato.*

141. Hoc fuit tractat Nauar. ad princip. cap. consideret. De penit. diff. s. à num. 104. ad 117. & paucis totam illius solutionem attigit in Enchir. cap. 6. sub finem; in quibus facit esse confiteri circumstantiam; vt si quis lurauerit se non furaturum, non occisurum, non blasphematurum; & cum in talia peccata incurrisset de illis confitens, non meminit dicere se de ijs non committeatis iuramentum prestatiss; satis illi erit potest confiteri, dicendo se ter licita iuramente transgressum aut se fecisse ira peccata quæ iuraverat se non facturum: nisi forte talis esset circumstantia, cuius malitia intelligi non posset in sua specie non declarato peccato iam confessio; vt si quis in Ecclesia homicidium perpetrasset, speciem sacrilegij in eo commisit declarare non posset, non declarato ipso homicidij peccato.

142. Huius doctrinæ potissimum fundamentum est, quod negari non possit quia is legitimè confessus sit, qui peccatum suum declarauit omisit per obliuionem inuinibilem illius circumstantiæ, non secus ac omisso alio peccato: quandoquidem propriæ & specialiæ malitia peccati potest plenè innotescere absque illius circumstantia, quæ accidentalis ei est. Neque obstat quod status Penitentis, ea confessione non intelligatur tam malus esse, quam revera sit; quia idipsum similiter contingit ex obliuione aliorum peccatorum mortalium. Sicut igitur omisso per obliuionem inuinibilem yno peccato, non est necesse iterare ceterorum confessionem; ita nec omisssæ circumstantiæ, necesse est iterare confessionem peccati in secundum suam speciem & numerum sufficienter manifestari. Quod si quis vrgeat rationem circumstantiæ postulare, vt ad illius declarationem intelligatur in specie id, culus est circumstantia: negandum est tale quid postulare: quod Nauar. ad memoratum principium numer. 1. o. 8. ex eo confirmat, quod is qui facit opus genere suo bonum, q. ex aliqua tantum circumstantia malum est mortaliter, satisfaciat confessioni, dicendo in genere se fecisse aliquod opus de se bonum, sed quod tali circumstantia mortaliter mala vestiatur: vt qui pauper dedit elemolynam, ut ipsum induceret ad perpetrandum homicidium, satisfaciet confitendo se fecisse bonum opus, vt induceret alium ad patrandum homicidium: nec est necesse, vt specificet illud bonum opus suisse elemolynam: & ita de similibus, in quibus malitia non teneret ex parte actus, sed tota pendet ex circum-

stantia: quam specificare proinde sufficit. Simili ergo modo, quia peccatum iam sufficiente confessione deletur, tacita per obliuionem ipsius mortali circumstantiæ, nihil attrinet ad huius malitiam, quam habet totam ex eo, quod de se repugnat rationi; non verò ex eo, quod actus, siue bono siue malo accidit. Quia inquam, hoc ita est, nec necesse est peccatum iam ritè confessum iteratò confiteri, si utrū debitam confessionem circumstantia etiam mutantur speciem, omisit ex obliuione, necessarium non sit actuam peccati am confessi, cuius erat circumstantia, declarare in sua specie: sed satis fit dicere v.g. duodecies viola uillicitum iuramentum quod oblitus eram dicere in alia mea confessione. Quinimo ob eam rationem, cum simul in mentem venerunt peccatum & circumstantia, potest de illis tanquam de duobus diuersis peccatis fieri confessio, nec obligatio est vnum confiteri; valet illius circumstantiam: quod alii citatis lit. N. Henr. notat li. 5. cap. 5. §. 4.

143. Adiuerte autem, quia oblitorum confessio facienda est perinde, ac facta fuisset si ea in memoriam venissent cum alijs ante confessis; si circumstantiae oblitæ plures fuerint inter se diuersæ speciei; pura per iurij, violationis voti, contaminationis facit, eas esse exprimendas non tantum secundum numerum sed etiam secundum speciem suam, perinde ac peccata oblitia: quia ad illarum perinde atque ad horum, confessionem obligantur. Sic ergo quia scandalum formale (quo quis peccat dum aliquid dicit vel facit eo animo ut alium inducat ad perpetrandum peccatum mortale) trahitur ad speciem illius peccati quod intenditur ac proponitur proficie: ad illius sufficientem explicationem in confessione, tenetur Penitens non solum dicere quod voluerit inducere alium ad perpetrandum peccatum mortale: sed etiam exprimere deberet in specie ad quod mortale: vt ad homicidium, vel blasphemiam, vel alium. Ita Nauartus. in Enchir. capite sexto numero 19.

## CAPUT V.

*De iis, per quæ Confessio Sacramentalis redditur inutilis, seu inefficax ad peccatorum remissionem.*

## SUMMARIUM.

144. Confessio valida inutilis, informis, formata, que sit.
145. Defectus ex parte Confessarii, quibus confessio Sacramentalis redditur inutilis.
146. De defectibus specialiter, attentionis & intentionis, ac prolationis verborum Sacramentalium.
147. De defectu usus rationis in Penitente, & defectu examinis conscientie.
148. De defectu sufficientis, sitem attritionis.
149. Quando confessio sit inutilis ex malo fine, vel ex mutatione Confessarii.
150. Defectus integratius confessionis reddens ipsam inutilitatem, quomodo contingat.
151. Iusta causa illum excusat.
152. Cuiusmodi est obliuio, aut ignorantia inuinibilis.
153. Non tenetur iterare totam confessionem, si qui de aliquo peccato confessus non est, se quoq; nesciret esse mortale: nec si qui non declarauit suorum peccatorum numerum, nesciens id esse necessarium.
154. Altera causa excusans est necessitas seu impotentia.
155. Exempla de ignaro idiomatico, & de patiente delinquente, & de nafragantibus.
156. Tertia causa iusta, periculum grauius damni imminentis ex confessione peccati.
157. Quod in bac re censori debet graue damnum.
158. Ratio cauendi tale damnum.
159. Iusta causa tacendi aliquod peccatum, non excusat ab obligatione confitendi de aliis.
160. Causa in quibus licet in confessione reuelare complicem.
161. Non est iusta causa tacendi peccatum, quod Confessarius minoris, quam antea faciet confitentem.
162. Iusta causa tacendi peccatum in confessione est, ne Sacramentali sigillum violetur.
163. Defectus propositi confitendi reddit confessionem inutilitatem.
164. Admonitus de modo iterandi confessionem factam inutilitatem.

165 Defectus satisfactionis non reddit confessionem invalidam.  
166 Defectus autem propositi satisfactioni, invalidam reddit in duobus casibus.

167 An ille qui non impletuit satisfactionem acceptatam in precedenti confessione, teneatur hanc iterare, difficultas est: cuius pars negans censetur probabilior.

168 Quod detur confessio valida, seu sufficiens ad implendum preceptum de confitendo, quamvis non sit cum diuina gratia et confessione & remissione peccatorum.

169 Deratione qua id contingit.

170 De modo quo postea talis effectum sortiatur, dissentient Doctores.

171 Monitum pro Confessariis de absolutione indispositi.

172 aliquot propositiones quibus explicatur quatenus in Penitente excommunicatio obstat quo minus valide confiteatur.

**C**onfessio quedam valida est, quedam invalida: & rursum validam, quedam informis, & quae iam formata. Cenetur autem valida esse, cum nihil ei deest spectans ad substantiam Sacramenti Peccnitentie: sique nec deficit eiusdem Sacramenti. hoc est, diuina gratia infusio, dicitur formata: sin deficit eadem effectus, ea dicitur informis. Invalida vero censetur esse, cum aliquid ei deest spectans ad praedictam substantiam: ex eo enim defectu irrita redditur, ita ut tanquam nulla reperienda sit ad consequendum Sacramentum effectum, hoc est, Dei gratiam, & peccatorum remissionem. Contingunt vero defectus eius generis, ac derinatur in confessionem, tum ex Confessario, tum ex Penitente: de quibus sigillatum est nobis dicendum.

Defectus ex parte Confessarii quibus confessio redditur invalida.

### S E C T I O I .

**P**rimus istiusmodi, est ordinis Sacerdotalis defectus: quem reddere confessionem invalidam, patet per illud quod habet Concil. Trident. sess. 14. cap. 5. solo Sacerdotes est absolutionis Ministros. Secundus est, defectus iurisdictionis, iuxta illud quod in sequent. cap. 7. habetur: nullius momenti absolutionem eam esse, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinarium aut delegatum non habet iurisdictionem. Tertius est, defectus liberi usus iurisdictionis ab casuum referuntum, iuxta illud quod in fine eiusdem cap. 7. habetur: extra mortis articulum, Sacerdotes nihil posse in casibus referuntis. Quartus est, defectus scientie necessariae, ac sufficientis approbationis, ad cuius & trium præcedentium plenam intelligentiam requirita, persecuti sumti in præcedenti libro primo:

Quintus est defectus attentionis in Confessario: per quem reddit confessionem invalidam Angelus & Sylvestris probant in verbo Confessio i. ille num. 22. & hic num. 6. quia confessio importat revelationem peccatorum, tanquam aperitionem quendam morborum; quæ reuelatio esse non potest nisi Penitente referente sibi peccata & Confessari illa percipiente. Itaque quoties Confessarius ob somnum, aut ob aliquam occupationem non aduerterit aliquam peccata mortalia, aut circumstantias de necessitate confitendas, invalida est & iteranda confessio. Secus autem, si ad aliqua venialia vel circumstantias non necessarias, vt bene Angelus addit. Consentit his Nauart. in Enchir. cap. 5. num. undecimo cum docet nihil valere absolutionem, qua quis datā operā & studio confessus est lethalem culpam alicui Sacerdoti, à quo non intelligebatur bene; siue quia Confessio non fuit aperta & clara, ob verba obscura: siue quia Confessarius dormitabat. Se quoq; consentire Franc. à Victoria De Sacram. 169. facit significat; inquiens quod sine dubio, ex quacumque causa Confessor non aduerterat peccata confitentes, confessio sit iteranda. Quanquam, vt ille addit, potest Penitentes invincibiliter, & ideo excusabiliter, ignorare an Confessor audierit necne. Quod si aliquo pacto ei constet Confessorem vel non audiuisse, vel non intellexisse omnino, reuetur, addit idem, iterare confessionem, cum prior fuerit nulla.

Ex quibus pater illud, quod consequenter Angelus attigit. Confessarium cum non attendit vel non intellexit dicta a Penitente, debere de coi ipsius monere.

Sextus defectus est, intentio misericordia in Confessa-

rio. Quem reddere confessionem invalidam, patet ex eo, quod in omni Sacramentorum administratione, necessaria sit intentio, saltem facienda; quod Ecclesia facit, prout definitum est in Concil. Trident. sess. 7. Can. ii. Paretque ex eo, quod in sequ. sess. 14. cap. 5. negetur quis vere & coram Deo absolutus, si vel ei nulla contritio adsit, vel Sacerdoti animus serio agendi, & vere absoluendi desit. Quanquam tamē ad euitandam conscientię inquietitudinem, præsumendum semper est, quod Confessarius habuerit talem intentionem, saltem virtualem, contentam in actuali, quæ in eo quod facit, intendit tanquam Ecclesia Minister, id exequi circa Penitentem, quod est sui Sacerdotalis muneris. Utigitur in episcopate, qui anxius est, An ille à quo baptizatus est habuerit intentionem ad tale Sacramentum sufficienter: aut, An ille cuius Missam audit, verba Consecrationis protulerit cum debita intentione: sic & ille qui turbatur dubitando ab que manifesta ratione, An Confessario suo adseruit debita intentione ipsum absoluendi.

Septimus defectus est, prælationis verborum absolutio nis. Ex quo prouenire Sacramenti invaliditatem certum est: cum talia verba sint, quæ Sacramenti forma: sicut & verba Consecrationis, sunt forma Sacramenti Eucharistie. Quæ de causa ut bene Caiet: notat in verbo Confessio Sacram. condit. ii. absolutio Sacramentum nullatenus fieri potest in scriptis tantum: sique fiat, etiam Penitentia in præfencia constituta, nulla est: perinde ac verba formæ Eucharistie aut Baptismi, si tantum proponantur in scriptis, nihil operantur valens ad Sacramentum.

Defectus ex parte Penitentis, quibus confessio sacramentalis redditur invalida.

### S E C T I O II .

**H**orum primus est, defectus visu rationis: quem reddere confessionem invalidam patet: quia confessio sacramentalis est de se libera, & aeterna virtus; qui non continet fine visu rationis. Vnde est quod præceptum de annua confessione in cap. Omnis viriusque sexus; De Penitent. & remiss. expresse in solis imponitur, qui ad annos discretionis peruenient. Atque ita nulla sunt confessiones factæ a pueris antequam sciant discernere inter bonum & malum (de quo vide dicta in præced. libro 4. in princip.) nec item factæ ab amentibus & furiosis: nisi habeant lucida interuenta, & confeantur cum sunt sanamente. Atamen si Penitens confiteatur cum intentione obtinendi absolutionem, & dormire cum hac accipit, aut in anima deliquium labatur, aliove casu priuatur rationis visu, retinens virtute prædictam intentionem, si nihil aliud obsit, effectum Sacramenti confitetur: vt ex eo patet, quod animam agenti, si ante amissum rationis vim peccatum aliquod verbo, aut alio signo confessus sit, debet absolutione impendi ex communis sententia.

Secundus defectus est, sufficientis examinis conscientiae: hoc enim ad Sacramentalem confessionem necessarium est habetur ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 5. & can. 7. Confirmaturque ratione: quia naturalis ratio dicit iustum curam, & neque maiorem neque minorem quam oportet, uniuicue negotio adhibendam esse. Vnde sequitur quia confessio sacramentale perpetratum peccatorum, negotium est adeo notabile, vt meritò exigat notabilem diligentiam in peccatis, de quibus facienda est, commémorantis.

Sequitur, inquam, vt sine sufficienti conscientiae examine non debat censeri facta sicut patet: neque valida: nisi aliquid interueniat, quod iuxta post dicenda, excusat illam insufficientiam: præsertim cum integras alioquin deesse meritor censeatur: quandoquidem moraliter impossibile est confessionem integrum facere, nullā postulā diligentia in discussione conscientia: vt bene Caius argumentatur in relect. de penitent. par. 6. Quid autem requiratur ut Penitens censetur se esse sufficientis conscientie exanimat iam expositum est in præced. lib. 4. cap. 2. num. 8. & sequentibus:

Tertius defectus est, sufficientis saltem attritionis. De cōtritione autem vel attritione sufficienti cuius defectu confessio redditur invalida, quæ dicenda sunt, satis intelliguntur ex proximè præced. libro. De defectu vero illius, hic oce-

147.

148.

currit monendum; non impeditre quidem, quin eo laboras  
audiri possit in confessione iuxta cap. Quod quidem, De penit.  
& remiss. impedire tamen quo minus ab solvendus sit, & con-  
fessionem faciat validam, quia sine sufficienti saltem attri-  
tione, confessio non est idonea materia Sacramentum peni-  
tentiae: cui, ad ipsius complementum, absolutione Possit valide,  
& sine sacrilegio addi tanquam forma. Iudicatur autem ille  
tali defectu laborare, qui sibi in aliquo peccato mortali co-  
placet, aut non habet dolorem de commisso aut nullum  
propositum emendationis vite, aut non firmum & abso-  
lutum, aut non vult relinquere statum peccati, vel occasio-  
nes peccati proximas; quod est habere propositum fal-  
tem virtuale commitendi nouum peccatum.

**149.** Aduerte autem quod cum repugnet eam confessionem  
per quam anima contaminatur peccato mortali, valere ad  
illam a peccatis emundandam, eam censeri invalidam quae  
fit ob finem mortaliter malum, ut eam quae fit ad patefacien-  
dum sibi aditum ad aliquod flagitium perpetrandum: non  
item eam quae ob finem tantum venialiter malum ut factum  
ob inanem gloriam. I. a Nauarrus & Sotus: ille in Enchir. cap.  
21. num. 40. & hic in 4. disp. 18. queft. 3. art. 3. ad 3. Rationem red-  
dens: quia cum peccatum veniale non sit ob ex gratia, fieri  
potest ut non obstante fine venialiter malo, talis confessio  
non tantum si valida, si non habeat alium defectum: verum  
etiam ut absolutione sit fructuosa. Secus est et verò, si finis mor-  
taliter malus fuerit.

Quod autem Nauarr. addit non peccare mortaliter eos,  
quine honestam de ipsis conceperat existimationem amittant,  
Confessario alicui familiariter confitentur omnia pecca-  
ta sua etiam obscura: & postea alteri pio & graui, solum le-  
uiora; extendendum non est ad eos qui de industria, ut sibi  
conscient opinionem falsam probatis, duos habent Con-  
fessarios: unum vulgarem & libertorem, cui graui con-  
fidentur: & alterum timoratum, & bonam famam, cui solum  
leuia. Nam in eo esse sacramentum mortale expressi: Franc. à  
Victoria, De Sacram. num. 196. & post eius hypocris-  
sim mortalem habet Syluester Confessio primo num. 8 Ratio  
verò quam illi tacent esse videatur, quod in ea re admittitur  
notabilis irreuerentia Dei, dum Sacramentum ab ipso institu-  
tum sumitur in testimonium quoddam & confirmatio-  
nem falsitatis. Non condemnaretur tamen, (vraddit Victoria)  
ille qui cum non esset solitus peccare, lapsus semel in  
peccatum mortale, ut retineat bonam opinionem, in qua  
erat apud Confessarium suum ordinarium, alteri confitetur.  
Causa autem istud, vel illud ante dictum Nauarri exten-  
das ad eos qui de industria mutant subinde Confessarium,  
ne anima sue status deplorandus plene intelligatur, &  
seuler medicina, prout deberet, ei applicetur: quia re-  
uerentia tanti iudicij, non patitur tales fraudes: sed arguit gra-  
uis peccati.

*De inutilitate Confessionis Sacramentalis ex defectu inte-  
gritatis eius.*

### S E C T I O III.

**150.** **N**otandum est primum, defectum integritatis in con-  
fessione, reddere hanc inutilitatem ex eo patere quod a  
Christo instituta sit integra de omnibus peccatis mortalibus  
quoad fieri posset, quando in 20. absoluere & sine restrictio-  
ne dixit. Quorum remisitis peccata, remittuntur eis.] Quibus  
verbis obstrinxisse fideles ad recensendam confessionem  
omni peccata, consonum conscientiam habuerint, patet ex  
Conc. Trid. sif. 14. cap. 5.

Secundum notandum est, ex Nauarri in Enchir. cap. 9. num. 11.  
talem defectum contingere, cum aliquis prudens & sciens  
omiserit conteri secundum suam speciem & numerum pec-  
catum aliquod mortale; aut de quo probabilitate dubitat an  
sit mortale: vel aliquam circumstantiam de necessitate ex-  
primendam: aut qui confessus sit quidem, sed dedicata  
operâ alicui Confessario, à quo tale peccatum aut circumstan-  
tia non intelligebatur bene, ob verborum obscuritatem,  
vel ob defectum attentionis in eodem Confessario: quem  
videbat dormitare aut alio modo ab attentione impeditre,  
aut qui confessionem diuferit, partem suorum peccatorum  
vni Sacerdoti, & partem alteri confitendo: quod ex cap. Conser-  
deret, De Pen. distinct. 5. §. Cautus, minimè licet: ne quidem cum

quis ita absolvitur, ut adhuc ad Superiorum pro absolutione  
aliquorum reseruatorum remittatur; iuxta receptionem  
tentiam, ut addit Nauarrus. Eiusdem § Cautus, verba sunt.  
Cautus fit Poenitens ne verecundiā ductus, diuidat apud  
se confessionem, & diuersa velit diuersis Sacerdotibus mani-  
festare.] Quibus accedunt illa cap. Omnis virius que sexus, De  
penitent. & remiss. Omnia sua solus peccata proprio Sacerdoti  
confiteatur.] Accedit item communis Ecclesiæ confusio  
iam inde ab ipsis incunabulis (inquit Nauar. ad eundem §. Cau-  
tus, num. 7.) ad hunc usque diem seruata, & à Christo per A-  
postolos & ipsorum successores, quasi per manus ad poste-  
ros transmissa.

Notandum est tertio, non omnem talem defectum red-  
dere confessionem invalidam: sed tantummodo eum, cuius  
nulla est iusta causa: ut propter procedentem vel ex malitia, vel  
pusillanimitate, vel ex pudore aut verecundiā, vel ex omis-  
sione examinis conscientie, vel ex negligentiā quadam cras-  
fa & supina: quae non possunt excusare ab obligatione facien-  
ti integrè confessionem de omnibus mortalibus: quam ne-  
cessariam esse declaratur in cit. cap. Omnis virius que sexus & in  
Concil. Trident. sif. 14. cap. 5. & Can. 7. Ex eoque confirmatur,  
quod cum peccati mortaliter venia non obtinetur, ex eodem  
cap. 5. nisi in ordine ad claves, quibus ipsum sublicitur per  
confessionem; tam alienum sit à confessione, eam truncare  
fieri; quam est à venia peccatorum, eam dimidiare à Deo spe-  
rare: de quo in cap. Sunt plures, De Penitent. distinct. 3. dicitur:  
Quædam impieetas in delictis estabili qui iustus & iustitia  
est, dimidiam sperare veniam.

Iam quod idem defectus integritatis ex iusta causa con-  
tingens, non impedit confessionis validitatem, patet:  
quia tunc datur locus excusationis ab obligatione precepti  
de confitendo integrè: quod (ut propter diuinum positivum)  
non obligat ad eum strictè, ut teneatur quis illud feruare,  
quamque necessitate urgente in contrarium, aut quocumque  
allo precepto concurrente. Accedit, Iquod (viridē Cau-  
tus in elect. Depanit. par. 6. argumentatur) lex Christi obliget  
ad integratam confessionem, ratione conscientiam: unde  
sequitur peccatum quod rationabiliter taceatur & irrationa-  
biliter explicatur, non esse materialia confessionis à Christo  
instituta.

Aduerte ergo, confessionem quidem ita necessariam esse:  
ad poenitentiam Sacramentum, ut hoc sine illa perfici nequeat:  
quia Iudicium de reo requirit illius accusationem, per quam  
is cognoscatur à Iudice: id ipsum tamen Sacramentum perfici  
posse, quantumcumque confessio non sit integra: si  
quidem nequeat integritas exhiberi, impossibiliter sit,  
sive absolvitur, sive mortaliter ob iustum causam: Tunc enim,  
non obstante defectu aderit accusatio & manifestatio Rei,  
quantum esse debet ex obligatione: præterim cum impossibili-  
tum non sit obligatio. Videri potest Suarez. to. 4. disp. 23.  
in principio.

Porro talis causa iusta censetur esse: primò obliuio seu  
ignorantia inuincibilis; quando nimis quis præmissa di-  
ligeniente conscientie discussione, non recordatur vius aut  
plurimum peccatorum à se commissorum: per talem defec-  
tam enim confessio non efficit inutilita iuxta illud quod  
in Concil. Trid. sif. 14. cap. 5. habetur: Nihil illud in Ecclesiæ  
Poenitentibus exigatur, quam ut postquam quicunque diligenter  
se excusaverit & conscientia suæ siuus omnes, & latebras ex-  
ploraverit, ea peccata confiteatur, quibus Dominum &  
Deum suum se mortaliter offendisse meminerit.

Et illud quod habet plorum hominum usum dicendi ge-  
neraliter in sua confessione: Accuso me etiam de aliis quo-  
rum memoriam non habeo: quod frustra fieret, si obliuio  
ab inutilitate confessionis non excusat, ut recte nota à Vi-  
ctoria de Sacram. num. 165. Quod si postea in memoriam recur-  
sant, ea sunt debito tempore confitenda, sive eadem sine  
dinerio Sacerdoti, quemadmodum expressit Sotus in 4. disp.  
18. queft. 2. art. 5. col. 4. perinde ac si de novo perpetrata essent:  
miti quod reseruata desinat secundo Confessatio esse refer-  
uata post absolutionem primi Confessarij, qui potuit ab il-  
lis absoluere, & intentionem habuit absoluendi, prout com-  
muniter solent & debent Confessarij, quantum ipse potuit &  
Poenitentis indigebat. Ratio est quia virtute talis absolutionis tol-  
lit reseruatio & peccatum manet simplex, ut Nau. habet in  
Ench.

*Ench. c. 26. n. 13.* alios commémorans. Quibus accedit Canus in xii. part. 6. bene monens illum secundum a Sacerdotem debere habere iurisdictionem in Pénitentem, qua possit ipsū abolire peccato mortali.

Hic adhuc occurrit notandum quod habent Nauarr. & Syllust ille quidem ad cap. Fratres ad penit. distinc. 5. num. 82. & in Enchir. cap. 9. num. 12. hic verò in verbo Confessio primo quest. 3. cum quis per ignorantiam aliquod peccatum mortale omisit in confessione, eo quod erroneo putaret ipsum non esse tale, etiam si error vincibilis fuerit, nec à mortaliter perpetratum excusat: excusare tamen ab iteratione totius confessionis: ita ut sufficiat Pénitentem ipsum in sequenti confessione peccatum omnium declarare. Sic ergo (*inquit idem auctores*) pueri & pueræ qui grandiores facti, nouè agnoscunt peccatum esse mortale, quod alias omiscent confessari, eo quod ignorant illud tale esse: non tenent iterare confessionem eorum quæ confissi fuerunt legitime, sed tantum eorum quæ omiserunt. Arque quod illi statuunt de peccato, pari ratione statuunt est de circumstantia peccati omisso, & de numero peccatorum non expressio in confessione. Quo modo idem Nauarr. in libr. 5. Confsl. tit. de Penit. & remiss. Confsl. 3. statuit rusticum qui inter confitendum asserit se non solitum interrogari a Parochio de numero peccatorum, eo quod ille contentus sit, si Pénitens dicat, v.g. Ego blasphemavi Deum & Santos plures, & pluribus modis. Statuit, inquam eiusmodi rusticum non teneri ad iterandas tales confessiones bona fide factas: obligari tamen ad confitendum vero si nihil peccatorum numerum, quem non est confessus in aliis confessionibus. Vide dictam præced. n.

Secunda causa iusta, censetur impotentia integrè confitendi, siue prouenient ex parte Pénitentis, siue ex parte Confessarij, et cum alterutrum morbo oppressus non habet tempus, aut ille dicendi, aut hic audiendi integrè peccata perpetrata. Nam tunc (excepto casu quo necessitatē prouenient ex parte Confessarij) occurrit potest per aliam Confessarium) dari debet solutio, quia id quod Pénitens tunc dicere cœpit confessio est; & id quod omisit non fuit in sua potestate perficere: in quo non est minor causa excusationis, quā in obliuione: ut recte nota Victoria in præcedenti numero 14.

Vnde intelligitur recte Nauarr. statuere in libro 5. confsl. de penit. & remiss. confsl. 10. ignatum linguæ qua Confessarius loquitur, posse sacramentaliter absoluī si vnum aut duo peccata sua si exprimatur a Confessario intelligentur, velutique omnia confiteri, & id facere conetur, sed propter linguæ ignorantiam nequeat ab ipso Confessario intelligi. Quod idem sentendum est de muto, qui vult & conatur sua peccata signis ac auribus exprimere, nec ita potest, ut omnia intelligatur a Confessario; sed aliqua tantum. Idem quoque sentendum est de ijs qui verantur in tali periculo naufragij, ut nequeant omnes integrè confiteri, & possint singuli non integrè: tunc enim confiteri potest necessitas illos sic excusare, vt ad recipiendum absolutionis beneficium, cuique illorum sat sit, declarare Confessario aliqua peccata cum proposito reliqua confitendi debito tempore si euaserit: quandoquidē ista articulus necessitatis, qui non permittit vinculique eorum aliquid amplius facere; saltem absque aliorum grauiusdam spirituali pro quo vitando posse confessionem truncat sequens causa ostendit.

De damno quod excusat defectum integratitatis in confessione.

#### SECTIO. IV.

Tertia iusta causa censetur periculum imminentis, id est, quando ex confessione aliquo peccati, graue damnum anime aut corporis aut famæ subsequeretur: siue ab ipso Pénitente, siue a Confessario; siue ab aliqua tercia persona sustinendum: tunc enim tale peccatum racendum est, facta reliquo confessione. Pro quo rationes Nauar. habet in Enchirid. c. 7. quartum præceptum est: quod diuinale posita cedat legi natura: & confessionis integritas sit de lege posita diuinavitate verò prædictum damnum sit de iure natura: cui Christus Dominus noluit quidquam derogatum institutio ne Sacramentorum.

Addit verò idem author: primò Pénitentem non debere nominare personam cum qua peccauit. Secundò sacerdotem cum præuidet velle nominare, nisi statim prohibeat patiter peccare. Tertiò non esse confitendum peccati circumstantiam quando talis confessio fieri nequit absque infamia tertie personæ: quia ius naturæ iuber fama & virtus alterius sicut propria consulere, vt Sotus argumentatur in 4. distinc. 18. quest. 2. art 5. ad 4. Addens id habere locum quando infamia illa notabilis fuerit: ut esse censeri potest, quando Confessarius non sentiens secretum eidem tertie persona crimen suum reprobarbit, aut alteri patet faciat: taut quamvis secretum seruet vltiscetur, damnumque notabile tali persona inferat. Ad quod illustrandum Sotus ipse adferit exemplū confessionis de fornicatione commissa cum sorore Confessarij: qui facta mentione talis peccati statim cognoscet sororem suam illud admisisse, cui id exprobatur est, aut in ea vindicaturus. Quod si nullum timeretur eiusmodi periculum, sed hoc tantum, quod Confessarius personam sibi notā scieret delinquisse, seruabit autem secretum: etiam si deinceps non sit eiusmodi personam tanti estimaturus, quam antea: potest in confessione explicari circumstantia, ex sententia D. Thomæ, D. Bonaventuræ, Durandi plurimorumque a liorum quos Henriquez refert in lib. 5. moral. Theolog. cap. 9. in margine lit. Q. immo & omnium recentiorum, ut inquit Sotus: rationem iubilens, quod Confessarius eodem confessionis sigillo teneatur celare culpas allarum personarum, quo personæ confitentis; vnde sic non est causa sufficiens trunciā confessionis, quod propterea Confessarius non est tandem estimatus Pénitentem, quantitatea estimabatur; ita nec quod tertiam personam peccati complicem (præfertum cum simul peccando, se suā culpā tali incommodo obnoxiam reddiderit) nisi forte eidem persona tam magni referret non esse in mala estimatione apud Confessarium, ut merito notabile ei damnum inde creatum censeretur: prout non modò idem Sotus, sed etiam plures alij (querum meminit Henriquez ibidem liter. V.) propositam sententiam temperant.

Adverte autem ex Cano in relect. De penit. part. 6. in hac re notabile damnum censendum esse creatum ei cui iudicio viri prudentis illata est iniuria magna, aut falso mediocris: non autem, cui tantum modica. Quod hæc ratio confirmat, quia si necessarium esset retinere circumstantiam, ex qua Sacerdos intelligeret crimen tertie personæ, quantumcumque nullum aut tantum modicum damnum ab alio incurretur, Parochi non possent audire confessiones suorum subditorum in iis pagis aut oppidulis, vbi ipsi norunt omnes viros & vxores: filios & filias reliquaque consanguineos. Quæratio vrget tunc maxime, cum adeat tempus implendi præcepti Ecclesiastici, aut cum elaboretur alioqui occasio siue festi alicuius celebrandi cum præcipua deuotione, lucrandi iubilai, siue obtinenda absolutionis ab aliquo casu reseruato, aut dispensationis in aliquo voto, vclim pedimento.

Quod verò idem Canus addit Pénitentem in articulo mortis debere explicare sui peccati circumstantiam, non obstante infamia tertie personæ, recte Sotus rejicit: quia tandem, ac etiam plus Pénitens tunc tenetur famæ proximi consilere, quam alio tempore. Quare, non est magis necessaria tunc illa explicatio, quam alio tempore. Neque dici potest eam tertiam personam debere subire rale dispendium pro falso Pénitentis: nam id potest tantum habere locum quando Pénitens ipse nullum aliud habuerit peccatum, de quo confiteatur ad Sacramentum absolutionem obtinendam, in tanto salutis æternæ discrimine: quo casu eadem tertia persona debet subire dispendium non tantum mediocris infamia: de qua loquitur Canus: sed etiam gravis & magna, qualis est infamia publicæ. Immo & dispendium mortis, cum ordo charitatis postuleret, ut salutem spiritalem proximi, nostra corporalim extrema necessitate anteponamus.

Quartò addit Nauarr. in cit. cap. 7. cum Pénitens non potest confiteri aliquam circumstantiam necessitatem sine graui suo aut alieno damno, debere ex communī Doctorum sententia, apud proprium suum pastorem procurare facultatem confitendi alteri, aut ita dissimilare vocem & habitum,

sicque se causè gerere, ut nullo modo agnoscatur. Quod intellige iuxta Canum ante memoratum, quando non adest alius Confessor, quam ille cui reuelandum peccatum, subfueretur graue damnum. Cum enim adest alius sufficienter habens iurisdictionem, is sine dubitatione adeundus est: tunc nimis cessante omni ratione aliquid tacendi in confessione. Similiter si Pœnitentia sciat se brevi habiturum alium cui commodè & sine periculo famæ alienas possit integrè confiteri, is expectandus est. Id quod annotat Henriquez in summa Theol. moral. lib. 5. cap. 9. §. 6. & præmititur (quod obseruatione dignum est) cum in particulari circunstancia tacenda est ut graue aliquod malum viceatur, confitendum esse genus peccati exteriori: v.g. dicendo se fornicatum esse, cum incepsum committeret; aut exprimendum esse consensum internum illius determinatae speciei v.g. dicendo se concupiscentie matrem. Ratio est quia institutio Sacramenti Pœnitentiae perinde postulat ut confessio integra fiat, ac vi secretum serueretur. Quando autem infamia proximi sufficienter vitatur, ut sit confiendo propositus modis, non datur locus excusationis nec impedimentum quin debeat confessio ea ratione fieri.

159. Quinto reicit Nauarrus opinionem dicentium Pœnitentem, cum nequit confiteri sine praedicto damno, excusari ab obligatione confessionis. Inquit enim teneri ad confessionem reliquorum peccatorum mortalium, ex quibus nullum inninet damni periculum. Cuius rei rationem habet Medina in Cod. de conf. ff. quæst. 10. in fine: quia præceptum, quod in toto impleri non potest, debet seruari in eo quo potest, ut patet ex præcepto de ieiunanda Quadragesima: quod qui impletus non potest ieiunando integrum Quadragesimam, obligatur ipsum seruare ieiunando eam Quadragesimæ partem quam potest. Quod si nullum aliud habeat mortale peccatum, non obligatur confiteri; quoniam habens tantum venialis, nulla necessitate confitendi virgutati: & a confessione mortalibus quod habere cura, ut supponimus, excusat periculum innimenes gravis damni. Id quod tangit Suarez in tom. 4. disputatione 23. sect. 2. num. 6.

Vbi etiam docet duo notanda pro praxi. Vnum est, non esse licitum ut istiusmodi truncatione confessionis, nisi virginem necitas implendi præceptum de confessione: sive diuinum, ut in articulo mortis, aut cum sumenda est sacra sanctorum Eucharistia: sive Ecclesiasticum, vecum ad finis anni: aut certe id postulat magna utilitas, que alioqui elaboretur. Pro quo facit quod ex Concil. Trid. ff. 14. ca. 5. de necessitate huius sacramenti si quidem, ut confessio fiat de omnibus peccatis que memoria occuruntur: sed tamen talis necessitas non sit tanta, quin ea cedat notabilis hominum utilitat, ad quam cum sit instituta confessio non debet ei obstatere. Alterum est, Sotii quidem sententiam esse, eum, qui ob causam propositam omisit in confessione peccatum aliquod declarare, teneri quamprimum ei adfuerit commoditas, de illo considerari: sed tamen non videri maiorem rationem esse id dicens de tali peccato, quam de oblio; cuius confessionem differri posse ille concedit: nec enim ad impletione præcepti minus sufficiens est confessio mutilata ob istiusmodi causam, quam mutilata ob obliuionem.

160. Addit sexto Nauarrus, si Confessarius talis esse cognoscatur, qui plurimum prodebet posse eiusmodi tertia persona ad vitæ emendationem: nullo modo verò obesse, nihil esse cur in confessione tacetur illud, quo eiusdem persona peccatum detegetur; quia id non est illum infamare nec damno afficere. Ade quoque ex D. Bonauen. cum Soto ibidem consequenter, liceat Pœnitentia explicare circumstantiam, per quam tertia persona detegitur, ut sibi de remedio contra peccatum necessario prouideat: nempe puella v.g. reuelare potest eum à quo solicitatur ad turpitudinem, sibi profuturum iudicet. Et ratio est, quia non solum in confessione, sed etiam extra eam: nec solum illi qui potest prodefe, sed etiam illi qui obesse potest: sollicitatus ad malum potest illum à quo faciliter reuelare ad se protegendum ab ipsius iniuria: quoniam qui alteri iniuriam intentat, quandiu in tali malitia perdurat, facit se obnoxium damno, quo eadem iniuria est propullanda, postquam reliqua remedia (ut correptio fraternalis, aliae suaviora) nihil proficerunt. Neque in eo committitur peccatum detractionis, sicut nec peccatum homi-

cidij, cum aduersus inuasorem, ita viam suam defendit quis cu[m] moderamine inculpatetur, ut illum occidat; quoniam iura id concedunt. Quamquam tamen, ut recte idem Sotius iungit, nunquam reuelatio facienda est Confessori ut ipse obfit: sed tantum ut consilium det: neque ille facti lucipere debet curam tractandi negotium extra confessionem, aut illud reuelandi de Pœnitentis licentia, ne faciat religionem confessionis odiosam. Sed tantum dare consilium salutare: ad quod si nihil sit opus reuelatione persone, ea tacenda est etiam à Pœnitentie.

Adde adhuc ex D. Antonio 3. par. iii. 14. cap. 19. §. 11. si quis circumstantiam alteram prodenter exprimat bona intentione, seu non quidem animo illum prodendi aut se excusandi, sed inducendi Confessarium ad orandum pro illo, aut illum se creta sua monitione corrugendum, non peccare; sed bene agere. Similiter nec Confessarium si interrogat Pœnitentem de persona cum qua peccauit, si id faciat non ex curiositate, sed ex charitate; nempe ut prudenter periculo prouideat, quia est prælatus. Quanquam, ut idem D. Antonius monet, non debet illum cogere ad dicendum, si nolit dicere. Vbi nota obiter quod Henriquez habet in citato cap. 9. §. 10. Prælatum in occulto Pœnitentie foro, ius inquirendi de aliis non habere magis, quam Confessarium priuatum: nec posse magis in eodem foro compellere, etiam addito præcepto sub excommunicatione; quam alium Confessarium neq; eliceat Pœnitentem prohibere, ne alium pro consilio adest: ad eoque iniuriam esse, si absolutionem ei neget; aut minis & metu, etiam reverentiali, eum terreat, aliter quam licet a ceteris Confessariis.

Postremo loco monet in eod. 7. cap. Nauarr. non esse iustum causam confitendi alieno Confessori, quod proprius post auditam Pœnitentis confessionem curam illius magis solicite geret, ac minus bene, quam ante de illo opinabitur: nisi forte pudor adest magnus esset, ut Pœnitentis videatur se versari periculo tacendi aliquod mortale. Nam ne amans periculum, pereat in illo.] Ecclesiastici 3. petere debet facultatem alteri confitendi.

Supereft quarta causa, nempe violario signilli confessionis: hoc est, quando Sacerdos non potest facere suam confessionem integrum, nisi reuelare peccatum in confessione auditum, quamvis sit tantum veniale. Tunc enim suum peccatum ex quo talis reuelatio sequeretur, debet tacere cu[m] proposito illud confitendi quando poterit sine dicti signilli præiudicio. Rationem adferit Nauarr. in Enchir. cap. 8. num. 6. quod ex communis Theologorum sententia vnu[t] tantum sit casus, in quo licet reuelare audita in confessione: nimis quando confitens, sponte omnino: dederit licentiam renelandi, ad suam vel alterius non contemnendam utilitatem spiritaliæ aut temporaliæ. De qua re antea lib. tercio, cap. quinto.

De defectibus propositi confitendi & propositi sati-faciendi.

### SECTIO V.

Q[uod] uad propositum confitendi, non otium est primò, de-161. ffectu priore confessionem reddi inuallidam: quia cum intentio tam suscipiens, quam conferentis Sacramentum ad eiusdem validitatem suu[m] omnino necessaria: fatendum est confessionem factam sine proposito confitendi, inuallidam esse tanquam non Sacramentalem.

Notandum est secundò confessionem hoc defectu ad inualliditatem sufficienter, tunc eriam laborare, quando ea fit quidam intentione confitendi: sed ob finem aliquem mortalem, ut vnu[m] confitentis eo animo, ut Deus prospexit suos contractus simoniacos, vel syriacos: velut de successum suis impuris amoribus. Tunc enim confessio non est integra, nisi mutato proposito, illud quoque peccatum explicetur de eoque, sicut & de ceteris expoliis velexponendis, Pœnitens ex animo doleat, seque accutus.

164. Vbi aduerte, quod quando continget ex hoc vel alio defectu confessionem inuallidam esse; eriam si pœnitens eam omnino iterare obseruit, tamen si idem Confessarius sit qui recordetur peccatorum de quibus ille confessio fecit inuallidam: aut certè pœnitentia quam ille impo[n]uerit;

Posuerit sufficit peccatum quod scienter omisit, & intentio-  
nem cum qua omisit, declarare particulariter : reliqua vero  
peccata perperam prius confessi repetere generaliter ad huc  
modum. De omnibus quoque peccatis quae tibi pater prius  
eum confessus, dico Deo meam culpan & tibi : &c. Ita Syl-  
vester & Nauaratus ille in verbo Confessio 1. quæst. 3. vers. 1. & hic  
in Enchir. cap. 9. sub finem. Vbi addit eamdem rationem esse  
possi, si Confessarius recordetur, sicut in confuso, status in  
quo tunc Pœnitens erat. Quod si nullum ex tribus illis  
concurret, noua omnino confessio ester instituenda, per-  
inde ac si conficeretur alteri, quam ei cui priore in invalidam  
fecit.

De posteriore defectu, propositi, inquam, satisfaciendi  
notandum est, quod etsi certum sit de fide ex Concil. Flo-  
ren. in instru. Armenorum & ex Concil. Trident. sess. 6. cap. 14.  
& sess. 14. cap. 3. & 8. & can. 4 satisfactionem vere esse partem  
materialis Sacramenti Pœnitentiae : hoc tamen ab illa non  
ita pendere v. necesse sit ipsum invalidum esse quoniam scum-  
que illa defecit: quoniam sacrilegum alioqui esset absolu-  
tum exipit, quantumvis dederit sufficiens contrito-  
nis signum: cum Sacerdos non imponat ei satisfactionem,  
quam implere nequit. Altera autem rem habere, facit often-  
dit communis Ecclesiæ visus.

Attamen duo dantur casus in quibus respectu satisfactionis  
Sacramentum Pœnitentiae censeretur in invalidum spe-  
stantes adhuc locam. Primo est, cum quis ad confessionem  
accedit habens propositum non exequendi quæ  
Confessarius in iuxtaferit: si ea sint talia in quibus tenetur obiectum  
obedire: ut in facienda restituione aliqui personæ lege: in  
fogendis occisionibus peccatorum: in eorumdem remediosis  
acceptantis. Namque tale propositum exclude illud, quod  
ad idem Sacramentum est omnino necessarium ex parte  
contritionis; nempe non peccandi de cetero; & est graue  
pecatum indebet acceditis ad Sacramentum ipsum: i-  
deoque confessionem facit invalidam ex defectu integratis;  
nisi animo mutato, de eodem sicut de ceteris à se com-  
missis, ille & pœnitentia & confiteatur. Quod idem indicandum  
est ex Nauar. in Enchir. cap. 9. num. 14. & at cap. Frates. de Panis.  
distinct. 5. num. 50. cum quis accesserit quidem ad confessionem  
cum animo satisfaciendi: tamen pœnitentiam sibi  
Conf. statim imponit, & a se acceptatam contempnit, ante-  
quam absolutionem acciperet, nec curauit runc de ea recordari,  
ut illam postea impleret. Id enim fuit sicut in interpreta-  
tione animi conciperre eam non implendi, & per conse-  
quens graue peccatum. Vnde licet eam postea implera,  
tamen, ex defectu integratis, confessio eius invalida, suffi-  
cienter est, quandoquidem ante acceptam solutionem  
confiteretur, nec velit tantillam Pœnitentiam accep-  
tare.

Posterior casus est, cum quis sciens quidem ad perfe-  
ctionem huius Sacramenti pertinere satisfactionem, mul-  
lam tamquam quantumcumque modicam sibi facillimam  
vult admittere. Ratio est quia talis non potest censuram ad Sa-  
cramentum, quod vult imperfectum, serio & cum debita dis-  
positione accedere: cum debeat ad illud accedens offerre se  
Confessario, tamquam reum Iudicii, cui in pœnitentiali foro  
data est Christo, vt soluendi ita & ligandi potestas; ad  
quam satisfactionis impositio periret ex Concil. Tri-  
dent. sess. 14. can. 15. Addo cum Nauarro in Enchir. cap. 26.  
num. 20. vers. 15. quod nullus Pœnitens sit adeo faveus, qui  
bona fide confiteatur, nec velit tantillam Pœnitentiam accep-  
tare.

Ceterum an ille qui habuit quidem sufficiens proposi-  
tum, sed non impluit pœnitentiam praecedentis confessio-  
nis, impositam pro peccatis mortalibus, eamdem iterare te-  
neatur tanquam invalidam, non conuenit inter auctores.  
Nam Angel. & Sylvestr. Confessio 1. ille num. 13. & hic num. 6.  
consent teneri, si fuerit imposta pro mortalibus: idque Syl-  
vester procedere vult ratum in illo qui talis pœnitentie ob-  
litus est: nam illius adhuc memor, implendo eam liberatur  
ab onere iterandi confessionem. Nauarr. autem ad cap. Con-  
trarium De pœnit. distinct. 5. num. 20. & deinceps, citans profe-  
ct. Thomam, Adrianum & Caet. docet confessionem non  
esse necessaria ex eo iterandam, quod Pœnitens in iunctam  
sibi pœnitentiam impleuerit extra statum gratiae: neque ex  
eo quod illam nullatenus impleuerit, sive per obliuionem

sive per negligenciam, sive per contemptum: Quam sen-  
tentiam sequitur à Victoria de Sacram. num. 167. & commun-  
ione esse omnium magistrorum Salmanticensium alta Vinal-  
do in C. Cardel. auro cap. De confessione num. 76. verioremque ef-  
se, quamvis altera securior sit, habet Armilla in verbo confessio,  
num. 10. & sine scrupulo teneri posse moner Nauarr. Con-  
firmatur autem in hac potissimum ratione: quod, ut supponi-  
mus, confessio in qua alia pœnitentia fuit imposta, valida  
fuerit: vnde cum Dei dona sint sine Pœnitentia ad Rom. 11.  
quidquid postea sequatur non efficet illam invalidam: ne-  
que a Pœnitentia exigenda erit illius iteratio, sed tantum im-  
pletio pœnitentia omissee; aut saltem (vt Caet. habet verbo  
confessionis iteratio verbi. Ex satisfactionis defectu) pœnitentia e-  
quivalentia cum dolore & confessione de peccato mortali  
perpetrato, illam omittinge ex contemptu, vel ex notabili  
negligencia. De negligentia levia alia est ratio ex Nauar. in pra-  
ced. num. 18 cum non sit mortalis.

Duo casus in quibus eti confessio non sit valida, est tamen sine  
confessione gratis, & peccatorum remi-  
ssione.

### SECTIO VI.

**E**x eo quod confessio invalida sit, intelligitur non valere 168.  
ad peccatorum remissionem: sed ex eo, quod sit valida,  
non habetur continuo, eam esse cum peccatorum remissio-  
ne. Nam dari posse confessionem validam informem, id est,  
quæ valeat quidem ad satisfaciendum precepto confitendi  
sive diuino, sive Eccl. & Caet. non habeat tamen adiunctam  
diuina gratiam & peccatorum remissionem recte in tomo i.  
opus tractatus, quæst. 5. Caetanus, idemque Sotus & Canus:  
ille in 4. distinct. 18. quæst. 2. & hic in relect. De Pœnit. part. 6.  
ex eo confirmatur, quodis qui ad iudicium viri prudentis,  
bona fide credit se sufficienter praestuisse ea quæ requiriun-  
tur ad confessionem Sacramentalem, non teneant cam in-  
terate, per eamque satis faciat precepto de confessione.  
Nam nullus aliqui esse locus tranquillitati conscientiae:  
sed quacunque diligentia posita in confessione facienda  
(cum de propria pœnitentia non debeant, viri etiam pœnitentia  
sine metu Ecclesiæ, scilicet quinto) semper cogitandum esset, de  
iteratione confessionis & impletione præcepti, quod qui-  
den onus esset grauissimum & intoleabile. Quare faten-  
dum est tale in confessionem validam esse, cum omnis inna-  
lida, sit iteranda: neque per eam satis faciat precepto, cum non  
sit Sacramentalis, de qua præceptum ipsum datur. Idem eti-  
am doceat Nauarr. & à Victoria ille in Enchir. cap. 9. num. 10.  
& hic de Sacram. num. 157. Et confirmatur, quia si bona  
fide putat se accedere ad Pœnitentiam Sacramentum cum ea  
contritione & confessione peccatorum, quæ requiriuntur ex  
Christi institutione, exequitur hunc modo, quæ sunt sua-  
rum partium: ita vt excusabilis sit quantumvis deficit et  
parte rei, puta non contritus, aut non confessus sufficiens:  
sicut Iudex in suo extero si iudicans secundum allegata &  
probata, condemnat innocentem, probatum nocentem  
excusat etiam si iniustus profera sententiam: quia ser-  
uat omnia substantialia, humano modo requisita ad tale  
iudicium: videri potest Henricus in summa Theolog. moral. lib.  
5. cap. 11. Quod vero talis confessio facta bona fide possit es-  
se sine Dei gratia iustificare, & ideo informis, concluditur ex  
eo, quod alioqui recta esset hac illa. Ita, ad iudicium viri  
prudentis scilicet se credere probabiliter, quod præstii erit suffi-  
cienter ea quæ requiruntur ut ad Sacramentalem confessionem  
Ergo scilicet in Dei gratia. At non est recta: quia fallunt  
concludit iuxta illud Ecclesiastici 9. Nescit homo utrum amore vel  
odio dignus sit. ] Quæ cum ita sint, relinquuntur dari aliquam  
confessionem valiçam, quæ sit informis, seu absque forma di-  
uina gratiae: haecq; sententia est à Theologis ut notat Cour.  
ad cap. Alma mater de senten. ex comm. in 6. part. 1. § 4. num. 13. ) magis  
communicare recepta, quamvis non definit (quorum idem  
meminit) qui sentiant omnem confessionem quo cumque  
modo ob aliquod gratiae impedimentum informem, propterea  
invalida est, & ideo iteranda. Quia de re videri potest Suarez  
tom. 4. disputat. 20. sect. 5. nam diutius in ea nos immorari  
nihil est neesse: cum ad nostrum institutum sufficiat scire  
prius traditam sententiam, quæ benignior est, & animatum  
fauet tranquillitatem; nos posse vero sequi tanquam anthro-

ritate & ratione ad moralē certitudinem sufficiētē, mūnītātur.

769. Porro istiusmodi informitas confessionis ex eo nascitur, quod Confitens careat necessaria & sufficienti dispositione; nempe quod non præmisserit sufficiens conscientia examen, vel non dexterit summè ut par est, sua peccata propter suam offensam Dei; vel non habeat satis firmum propositum nouæ vitæ: ignorat ramam sine lata sua culpa se in aliquo horum deficeret; in bona fide putat se cum sufficienti dispositio confiteri. Etenim quia non sequitur. Putat quis probabilitate se sufficientem fecisse diligētiā in examinanda conscientia, aut se contritum esse. Ergo verē ies ita habet fieri potest ut quamvis quis deficiens confiterit, non peccet, nec Sacramentum violerit, quia ignorantia inuincibilis illum excusat; non consequatur ramen gratiam & peccatorum remissionem; quia non est verē ad eam dispostus: istudque est facere confessionem validam quidem, sed informēm; fictamne: ut aliqui propterea illam appellant, quod is à quo fit, per ea quæ gerit exterius, ostendat se pōnitēre; cum tam interius non habeat veram pōnitētē.

770. Conseruant autem istiusmodi sententiae authores, rece-  
dente ea fictione: hoc est, ubi Pōnitētē postea fuerit verē  
contritus & conuersus ad Dēum ex toto corde, aduenire  
fuscepti sacramenti eff. Et id est, gratiam Dei & remissionē  
peccatorum; sed dissentiant in eo, quod aliqui: ut D. Anton.  
& Canus, ille in 3. part. tit. 14. cap. 19. §. 5. & hic in ref. de penit.  
part. 6. ex sententia D. Thomae dicant fieri vi Sacramentā  
lusepti: sicut cum bapizatur qui in peccato mortali, qui  
postea contritus confiteatur eff. Et si in eum baptismi cui  
obicem per tale peccatum posuerat. Aliqui vero, inter quos  
est Sotus in sequent. art. 3. sub finem, existimant fieri vi alterius  
confessionis formata quæ secuta sit in re vel in voto. Sed  
vertrūm dicitur parum referat nostrum institutum, mo-  
do constat id in quo illi conseruant, non teneri Pōnitētē  
ad ierandam eiusmodi confessionem: satisque esse illi,  
si postea deprehendens talem defectum confiteatur de eo  
cum debito dolore, vt ex D. Thoma habet D. Anton. loco  
citato.

771. Ex his illud emolumēti capiet Confessarius: ut cum im-  
primis cauere debeat sacrilegium in absoluendo indisposi-  
tum, intelligat quando indispositio contigerit Pōnitētē entre-  
sciente & aduentore, aut ignorantie quidem, sed ignorantia  
tārum crassā, si deuina absoluō non esse locū excitationis à sa-  
crilegio non modū ex parte ipsius Pōnitētēis, sed ē iam ex  
parte Confessarij, si laboret similiter ignorantia tantum  
crassā. Quando verē contigerit indispositio, tam Pōnitētē  
quam Confessario probabiliter ignorante, excusa-  
tioni à sacrilegio locum esse, datamq; absolutionem  
validam esse, etiam si non sit cum remissione peccatorum.  
Ceterum crassā esse censerit in hac re ignorantia, exilim-  
antis eum sufficienter dispositum, qui nullū modo exami-  
nauit conscientiam, aut certe cum negligētia summa, vt  
vñvenit quibusdam hominib; recordib; ac desidib; qui  
videntes se pluribus criminib; implicatos, nullam ferūt ad-  
hibent in examinanda conscientia diligentiam: quod per-  
de est ac si eam facere nollent, inquit Sotus in eodem art. 3.  
col. 4.

Quanquam ex Medina Cod. de Confessione, quæstio 19. sub ini-  
tium: tales dum conseruant possunt absoluī, si de suis pecca-  
tis & simul de negligentia eiusmodi doleant, aditque articulus  
necessitatis ex imminentia morte vel gravi f. andalo, excus-  
ans dimidiatōnem confessionis, iuxta antedicta num. 14. &  
aliquot sequentib;. Quod si nullas adesse talis articulus ne-  
cessitatis, absoluēndus non esset, etiam si priore negligē-  
tia doleter: quia cum illi suppetat tempus ad conscientiā  
discutiendam, debet illud ante sumere, quam petere  
absolucionem, ne hinc obicem ponat, sine causa dimidiando  
peccatorum suorum confessionem. Simili erigentia  
crassā esse censerit existimantis sufficienter dispositum eum  
qui nullam in se sentit peccati derestationem, neque illius  
desiderium; nec apud se staruit de serere peccatum aliquod  
mortale, vel illius propinquam occasionem. Nam cum talibus  
defectibus nullum probable argumentum esse potest  
sufficientis dispositiōis. Censer autem potest probabilis  
ignorātia, cum quis sufficienter dispositus iudicatur ex eo,

quod mediocrem diligentiam in examinanda conscientia se  
posuisse ostendat per modum suum confitendi, & responsio-  
nem ad omnia interrogata, dans signa verae pōnitētē, qua-  
lia proposuitus in 1. part. lib. 2. c. 5. sect. 1.

Explicatio difficultatis de excommunicatione, Num ita reddat excom-  
municatum incapacem Sacramenti Pōnitētē, vt con-  
fessio ab illo facta, sit in-  
valida.

De Vo sunt quæ vt Confessariū administrationis, sic pōnitētē  
inceptionis Sacramenti Pōnitētē incapa-  
citem faciunt; nempe referatio casuum & excommunicatio-  
ne. At que de reseruō, quod absolutionem sacramenta-  
lem, & ex consequenti confessionē inuallidam reddat & quā-  
do: satis patere poterit per dicenda in proximē sequent. lib. 8.  
cap. 4. & deinceps, de absolutione à casibus reseruatis. De ex-  
communicatione ve: id idem restat hoc loco explicandum:  
quod fieri sequentibus propositionibus.

Prima est quam Caeter. attigit in verbo *absolutionis impedi-  
menta*, & in verbo *Confessionis iteratio*; exp̄ressit Nauarr. ad. Frat-  
tres De pōnitētē. dis. 1. lib. 5. numero 38. & in Enchirid. capite 9. num.  
4. inuallidam esse absolutionē emā peccatis (& ex consequenti-  
e, de eis factam confessionem) dārat excommunicato, qui non solum intelligit se excommunicatum esse: verum etiam  
nouit lethalem culpam eis; recipere vel procurare dari sibi  
talē absolutionem, ante quam ab excommunicatione ab-  
solviatur. Ratio in promptu est: quia cum excommunicatus  
sive maiori sive minori excommunicatione, à Sacramento  
perceptione excludatur, grauitateque peccet percipli-  
do ex cap. Si celebrat, De Clerico excommun. ministr. talis ipso actu  
sive cipli absolutionē emā grauitate peccans, obicem ponit  
eff. & cipli absolutionis, quā est diuina gratia, non compatiens  
secum peccatum mortale: sive quantum in se est, Pōnitētē  
Sacramentū contaminans, sacrilegū admittit.  
Quod est argumentum Caeterani in verbo *Absolutionis impedi-  
menta*. Addentis tale sacrilegium committi quidem suscipi-  
do absolutionē à peccatis, quia hēc est forma perficiens  
Sacramentū: non tam in exercendo actus contritionis, aut  
confessionis, aut satisfactionis, quoniam tantum sunt mate-  
ria inchoans Sacramentū Pōnitētē.

Secunda propositio, quam Nauarr. habet ad citat. cap. Frat-  
tres, num. 4. est: inuallidam esse vt prius, absolutionē à peccatis,  
dārat excommunicato sc̄ienti, aut secundum qualita-  
tem suam debenti scire: se in eo statu absoluī non posse à  
Confessario qui se subi: cit. Ratio est: quia talis confissio Pōnitētē  
integra non est, nisi ipse confiteatur de sacrilegio,  
quod in eā re commitit. Sacramentū Pōnitētē contaminando quārum in se est. Vel si integrā sit quidem, eo quod  
tale quoque peccatum cum eā crēs a se commissis, confiteatur:  
est tamen sine prop̄. si vitandi de carero omne peccatum,  
cum excludat peccatum voluntatis contaminandi Sa-  
cramentū Pōnitētē accipiendo absolutionem ab eo, qui  
illam ipsi dare non valēt. Iam verē confessio inuallida redi-  
tūr per defectum sive integratīs, sive propositi vitandi de  
carero omne peccatum.

Tertia propositio est: validam esse absolutionē à peccatis (& ex consequenti eorundem confessionem) quando ponitētē  
probabiliter ignorabat aut non aduerterebat, se excommunicatus diu-  
na celebans, ob ignorantiam probabilem excusatur vt à  
peccato, sive & ab irregularitate ex cap. Apostolica, de Clerico ex-  
comm. ministr. Quare fulcipliens Sacramentū Pōnitētē,  
ob eandem ignorantiam similiter excusabitur vt à peccato  
sacrilegi, sic & a præiōne fructus eiusdem Sacramenti,  
quem nauta eit profere in omni adulto à quo suscipitur,  
nullum ponendo obicem. Denique quia nullo iure nec vila-  
ratione persuaderi potest, absolutionē à peccatis dārat  
excommunicato, sive ipso iure nullam. Cui argumento Ca-  
eteranus in verbo *Confessionis iteratio*, robur ex eo addit,  
quod sicut alia excommunicatis prohibita, que ins deca-

rat, si fiant esse nulla: ut collationem beneficij acdam excommunicato ex c. Postulatis, De Clerico excom. Ministr. Vnde conseruatur ducitur, quod excommunicatio tunc politio, non reddit absolutionem a peccatis invalidam, cur id in illo non sit similiter expressum. Quod si opponas in cit. c. Si celebrat, habet, Sacra menta collata ab excommunicato minore excommunicatione non circere virtus est, eo quod si non videatur a collatione, sed a participatione Sacramentorum remotus. Quasi nimis sunt effectu caritatis, si ab illo suscipiuntur. Respondeatur ex Nauar. ad Confideret, De penit. diff. §. Causa, n. 30. excommunicatum remouere à Sacramento cum participatione, verum esse hoc sensu; quod excommunicatus male faciat dum sciens & prudens suscipit Sacramentum: nō autem quod ab eo suscepit nulla Nam ex c. De eo qui furtivè ordinis suscepit, is qui excommunicatus insigetur ordine, verum Sacramentum ordinis suscipit: etiam si ab illius executione suspendatur. Deinde ex Significatis. De eo qui duxit in Matrimon. &c. matrimonium ab excommunicato contra cum tenet. A hinc nemo audierit Confirmationem iterare illi, qui an eaem accepit excommunicatus. Quare excommunicatione ita remouere à Sacramentorum perceptione, ut illa reddat nullam; nec in Sacramenta quae iterari possunt (ut Matrimonium & Pénitentia) nec in ijs quae iterari possunt (ut Confirmatio & Ordo) locum habet. Itaque salvo meliori iudicio Pó: tex in cit. c. Si celebrat; probans validam esse Sacramenta collata ab excommunicato minore excommunicatione: quia non est a tali collatione remotus: non videtur supponere Sacramenta de facto invalida sive suscipiant conferri. eo ipso, quod suscipiens aut conferens excludatur per excommunicationem ab eorum vi: sed quod era nisi ita esset, tamen non care effictu collata ab excommunicato minore excommunicatione, qui tantum ab iliorum perceptione, non autem a collatione est remotus.

Quarta propositio est, Eum qui se sciret ac faceretur excommunicatum: & errore ducus secundum suam qualitatem iusto (que sine iuri sive scidi) putaret se posse à Confessario suo absoluiri, erit nisi ab eo absoluatur a peccatis priusquam ab excommunications, verè a peccatis is absolutum esse. Hanc adidem c. Frates, n. 45. Nauarri habet: & probari ait ex eo quod tunc, iuxta antedicta, neque excommunicatione neque peccatum mortale interueniens, reddat, ta: quamvales, absolutionem invalidam. Has easdem propositiones refert & approbat Couar. in antecitata parte. § 6. n. 7.

Quinta propositio pro qua auctores citat Nauar. in Enchir. c. 9. n. 4. est, Excommunicatum ex. omissione que in foto interno & cora Deo iniusta est, posse absoluiri a suis peccatis. Ratio est quia talis in eo non est excommunicatus, sed in exteriorum, & quod Eccl. siam. Ad quod facit etiam quod de taliter excommunicato generaliter Catec. & Couar. docent: ille 2. q. 70. art. 4. & hic in seq. §. 7. n. 7. versus illud tamen. Cum absuerit scandalum, stale in posse ab aliisque peccato, diuinis imficiere se, hoc est, eiusmodi cuius confitit se innocentem esse, ideoque excommunicationem sic in se laetam, nullam esse quod ad Deum: suamque innocentiam nequit probare, posse interim diuina celebrare vitato scandalo: ut celebrando in loco secreto: aut cotanias tantum, qui illius innocentiam sibi facile persuadent.

Sexta propositio est. Quamvis ille qui excommunicatus, a peccatis absolvutus est secundum tres proximam precedentes propositiones, non tenetur confessionem iterare: teneatur tamē querere absolutionem ab excommunicatione, quia manet irrecutibilis: nec potest in eis immiscere se diuinis. Ita expressè habet Catec. in verbo Absolutionis impedimenta: & ex superioribus inferri Nauar. moneret in priu. cit. n. 48. Sic autem infertur: Cum ex hypothesi excommunicatione non tollatur a Confessario non absolvente ab ea: vel quia non meminit, vel quia non potuit: profecto eadem perseverat in Pénitentie, etiam si reconciliatus si: Deo: donec is fuerit ab illa absolvutus, ex c. A nobis 2. De sent. excom. Quocirca tenetur sub pena peccati mortalis, perinde ac prius abstineri a diuinis, a quib. Ecclesia, cui ex Christi praecepto parere tenetur, ipsum excludit ex c. illud & c. Sic celebret, De Clerico excommunicato ministrante.

LAUS DEO.

## LIBER TERTIVS, AC OPERIS TOTIVS SE- PTIMVS, DE SACRAMENTALI SATISFACTIONE.

### PRÆFATI.



M B I G V V M est satisfactionis nomen, interdum enim sumitur pro debiti solutione, qua tantum restituitur, quantum ablatum est: interdum etiam pro responsione ad aliquam interrogacionem, ut cum prima Petri tertio dicitur: Parati semper ad satisfactionem, id est responsionem, omnibus poscenti vos rationem, de ea que in vobis est spe & fide. Interdum autem pro defensione alii: cuius, seu purgatione a criminis obiecto: in qua significazione satisfactionis verbum D. Paulus sumpliit Act. 24. dicens: Bono animo pro meipso satisfactionem id est, libenter me purgabo a criminis mibi obiecto. Interdum præterea, pro iniurie illata compensatione, quamcum satius est ad vindictam: que acceptio est in via, tam apud Theologos, quam apud Iurisperitorum de actionib. & passionib. iniuriosis agent: ut cum de derractionibus, coniunctis, &c. Interdum autem, ex accommodatione sacerdotum Scriptorum ad significandam compensationem iniurie. Deo illata ab homine. In qua significazione sumitur interdum latius, pro omni remedio, ad Deum, quem peccatis nostris offendimus, placandum adhibito: sive a nobis met ipsiis qui peccavimus, sive ab alio. Sic que dicimus Christi satisfactione pro peccatis totius humani generis: & Theologique rurunt. An unus homo possit pro alio satisfacere. Interdum vero sumitur angustissima pro tentum remedio, quod ad placandum Deum peccatis offensum exhibetur ab eo, qui peccauit: Quod quidem remedium est opus penale, ex Dei acceptatione satisfactionis pro pena peccatis debita: sive post hanc vitam in purgatorio, sive in hac vita perfratur. Quod fieri potest duplitter: uno modo propria sponte, altero modo ex impositione Confessarii. Atq. haec demum ratione constituit satisfactionem, quae est pars Sacramenti Pénitentie. De cuius impositione per Confessarium & acceptatione per Pénitentem, ac in plementione per hunc, & relexatione per illum instituimus dicere in hoc libro: prima exposita propria ipsius ratione. Primū ergo caput erit, de eaē propriā ratione. Secundū, de necessitate imponendi & acceptandi satisfactionem in vī Sacramenti Pénitentie. Tertiū, de iis quae imponi possunt in satisfactionem. Quartū, de prudenter Confessarii in imponenda satisfactione. Quintū, de quantitate & qualitate satisfactionis imponenda. Sextū, de remediis & pénitentiis variis, que aduersus varia peccata iniungi debent Pénitenti Confessario. Septimum, de adimplitione satisfactionis impositae. Octauum, de eiusdem relaxatione. Reliqua erunt de indulgentiis per modum appendicis.

### CAPUT I.

#### De propriatione satisfactionis Sacramentalis.

#### S U M M A R I U M.

1. Definitio satisfactionis Sacramentalis, cum explicacione.
2. Post remissionem peccati culpam, remanet aliqua pena persolvenda siue hic, siue in Purgatorio.
3. Eam ministrum, tam contritio, ius Sacramenti suscepit: